

Q.K.
403
11a.

In
n
3879

X 45030457
OMNIBUS LIBRARIBUS
PRAESES
INCIVITATE CIVITATIS
Q. F. F. Q. S.
**HISTORIA MEDIA
LVBECENSIS**
AB ANNO M CLXXXII.
AD ANNVM MCCXXVII.

Quam
PRAESIDE
CASPAR E SAGITTARIO

HIS T. P. P. O.

Propono

JACOBVS A MELLEN

LVBECENSIS.

Anno d^o I^o CLXXVII.

die XII. Octobris.



J. & N. AM. RIV.
TYPIS GOLLNERIANIS.



9



VIRO
MAGNIFICO. NOBILISSIMO. AMPLISSIMO
DN. MATTHAEO. RODE
INCLVTAE. CIVITATIS. IMPERIALIS. LIBERAЕ
LVBECAE.
CONSVLI. PRIMARIO. MERENTISSIMO
PATRONO. MEO. SVMMO.

Secundus in Historia Lubecensi prodit partus, Vir Magnifice. Patrono
ille indiget, qv itollat, ne expositus ab omni præsidio jaceat desertus.
Habeo, cur TVVM maxime patrocinium implorem huic foetui. Dignum
enim Patriæ fastos Consulari nomine munire: ac ejus Vrbis, qvæ TE exoscu-
latur, res jam olim gestas fortiter. TVIS repetere auspiciis. Si me ipsum con-
templari velim, & proprio nomine Fautores quærere, quo sum magis incli-
naret animi grati testimonium, qvam eo, unde maximis se asteatum, imo
cumulatum esse beneficiis optime sibi sit conscius? Ad TE nimurum me
converto PATRIÆ PATER OPTIME, Cujus in familiam nostram, ut & in meas
Musas benivolentiam non vulgarem hic deprædicare nimis longum fo-
ret. Dixi, cur TE prælenti labori ac ceteris conatibus desiderem Patronum:
Qvamobrem nullus dubitavi primordia mediæ Lubecensis Historiæ TWO
nuncupare nomini, exspectans tanto facilius audacia huic veniam, ac
gratiam scriptiunculae, quanto magis Humanitatis TVE non sum ne-
scius. Fac igitur, qvod pro summa facilitate soles, hoc est, porro favo

TVO

VIR MAGNIFICE
PATRONE SVMME

Humilimo Clienti

JACOBUS MELLEN.



HISTORIAE MEDIAE
LVBECENSIS
CAPVT I.
^{DE}
LVBECAE

STATV SVB REGNO GERMANICO,
VSQVE AD EXCESSVM FRIDERICI I.
SVMMARIUM.

I. II. Connexio Lubecensis Historiae Antiquae & Mediae. Præsentis
Dissertationis lineamenta. III. Henricus Leo ad Cæ-
sarem Luneburgum profectus venie impetranda ergo.
IV. Sed neque hic nec Quedlinburgi voti compos fit.
V. VI. Erfurti a Cæsare benigne licet exceptus trien-
nali multatur exilio. In Angliam abit. VII. Bernhardus
Dux Saxonie Lauenburgum condit, Lubecenses in-
festat. VIII. Laudes Henrici Lubecensis Episcopi. IX.
Henricus Episcopus moritur. X. Succedit Conradus.
XI. Episcopatu se se abdicat. XII. Ditericus eligitur.
XIII. Hic testis laudatur in Diplomate Friderici I.
XIV. Henricus Leo ex Anglia redux ab Hartvico
Archiepiscopo non admittitur. XV. Reinfeldense cœno-
biū conditur. XVI. Lubecenses cum Adolpho colli-
iduntur. XVII. Henricus altera vice exul. XVIII. Fride-
ricus I. In Cilicia obit.

A

§. I. Lu.

§. I.

VBECA M vidimus ANTIQVAM, ejusqve terra marique gesta perpendimus. Tum nomen Vrbis, origines fortunam primam delineavimus: Neqve Adolphi Comitis auspicis renatam, nec sub Henrici Ducis manu florente m præterivimus. Sic per utriusq; fortunæ incerta eam comitati, tandem Friderico imperante Germanico regno subiectam sumus contemplati.

§. II. Plus ultra vocat series Historiæ, ac ordo instituti. Quænam sub alis Aqvilæ Germanæ vel commoda senserit Lubeca, vel adversa sustinuerit; qvæis bellis implicata victrix triumphaverit; qui nec Regum noinen, aut tyrannidis extimuerit jugum, sed libertate, etiam sanguine parta, fuerit gavisa, ordine pandemus.

§. III. FRIDERICVM Regem adoraverat Lubeca: & habebat sanc, qvod de Cæsar is sibi gratularetur clementia. Rebus itaq; benc constitutis recedit Fridericus, ad Luneburgum castra metans, qvorum Henricus Leo Cæsari venturus supplex fallum petit ac impetrat conductum. Stada haec tenus Leonem tenuerat, naturæ genio arteq; æmula adeco firmata, ut vel hostiles non admitteret incursus, vel patenti fugam flumine suppeditaret. Occurrentibus Henrico Luneburgum petenti Cæsareanis militibus, pacifice eum salutantibus, resalutatis (referente Arnoldo Lubecensi lib. II. cap. XXXVI.) non consueveram, ait, in his partibus alterius conductum accipere, sed magis dare. Sic volupe erat horum temporum suamq; exprimere miseriam, qvippe cui nec propriis ac optimo jure acquisitis licet absq; aliena ope incolumi esse provinciis.

§. IV. Postqvam Luneburgum venerat, omnes animi intendebat vires, quo pacto Imperatorem sibi reconciliaret. Hanc in rem bello captos Ludovicum

eum Landgravium & fratrem ejus Hermannum Pala-
tinum liberabat. Verum nec illa procedebat via. Fa-
ta alium locum ponendæ Cæsar is iræ destinaverant.
Itaque nec Quedlinburgum Fridericum Principi beni-
gnum habuit: Quandoq; videm enim cum Bernhardo
Duce Leoni æmulo rixæ intercederent, eo loci neq; ve
sententiam Imperatoris, neq; ve (ceu sperabat) grati-
am obtinuit.

§. V. Inclita Thuringia Metropolis Erfur-
tum (Arnoldo nostro Erpisfordia) tantum de Henrico
principe mereri debuit, ut hic se qvalecunq; mileria-
rum levamen invenisse, posset gloriari. Hic loci Fri-
dericus curia indicta cuiq; ve sua reddidit: Bremensi Ar-
chiepiscopo Sigfrido Stadam, Bernhardo Comiti Race-
burgensem, Adolpho VVagriæ Holsatiæq; ve ter-
ram. Henrico Leoni ad pedes Cælaris provoluto Fri-
dericum oscula fixisse, juncta lacrymis (modo non
crocodilinis,) supplicem levasse ferunt, eoq; ve inanis e-
didisse signa gratiæ, hodierni seculi moribus ex affe-
respondentia. De re ipsa inter Principes in pleno agi-
tur confessu, qui, cum æque ac antea in extremum
Ducis conspirarent exitium, Cæsari juramentum ex-
torsere, fore, ut nunquam abs unaniimi ipsorum voto
Henricus pristinæ dignitati restitueretur.

§. VI. Jam obstabat jusjurandi rigor, quo mi-
nus Imperator plena Principem foveret gratia. Ideo
vix tantum potuit remitti, ut hereditarias & Paterna
ac avita virtute reliquos sibi agros q; viete possideret. Ad
hæc triennale subire jussus exilium, inde ad sua regre-
di; neminem præterea pristinæ contumaciæ timere
vindicem. Sic optimus Princeps in Angliam ad lo-
cerum migrans, eundem prius in Normanniam, hinc
in Angliam secutus est, ubi ad VVintoniam ipsi filius
VVilhelmus, inclitus ille Illustrissimi Brunsvicensi-
um Luneburgensiumq; ve Ducum stemmatis conditor,
est natus. Annum hujus in Angliam suscepit itineris

Cl-Bangertus ex Ruffini MS. Chronico laudat supra
1182 millesimum centesimum, octogesimum secundum:
At duobus dehinc clapsis annis in Angliam Leonem
demum pervenisse, multis tunc Anglicanorum, quam
exterorum probat testimentiis. Idem quoque juxta
MS. Antiquitatum Erfurtensium Variloquum Cl. Dn.
Præfcs Historiæ Bardevensis capite VI. colligit, ubi
insuper auctorum hanc novocantem Henrici fortu-
nam attestantium copiosam deprehendes manum.

§. VII. Henrico in exilium abeunte, ipsius
successor Bernhardus Saxoniarum Dux, nova elatior for-
tuna, eaque & usus & abusus, omnia pro libitu admi-
nistret. Cum Ottone fratre Marchione Atlenburgum
profectus, convocatos undique quaque proceres provin-
ciarum sibi jubet praestare homagium. Solus aberat Adolphus Comes (qui hoc anno uxorem duxerat, Otto-
nis, veluti Lerbeccius notat, Borchardi, Comitis Das-
lensis filiam:) quæ res discordiae inter ipsum & Bern-
hardum ansam dedit. Inde Bernhardus monumen-
tum nominis conditus ære perennius, arcem Atlen-
burgi desolatam, in monte super Albim in adversa ri-
pa locat, Lauenburgi nomine insignitam. Neque
satis habuit transferre castrum, sed cum illo trajectum
fluminis statutumque ibidem telonium. Quæ mu-
tatio Lubecenibus visa iniquior, quod iter Lunebur-
gum versus extraheretur. Cæsar opem implorandi
causam fecit. Hic Ducem jussit eo loci, qui haecen
transvehendis mercibus dicatus, nempe Atlenburgi
trajectum permittere. Neque ulterius cessavit Prin-
ceps nimium augere exactiones, omnia tyannide, vi,
superbia miscere, coque subditorum odium in se con-
vertere. Etiam frater ejus Sigfridus Archiepiscopus
Bremensis Ditmariarum provinciam Adolfo Comiti,
conatu quamvis irrito eripere aggressus est.

§. VIII. Ad sacra quoque Lubecensia respi-
ejendum censco; ut hæc civilibus juncta numerum
Histo.

Historiæ cominodius absolvant. Haecenius Ecclesiæ regimen Henrico incubuerat, Brunsvico (uti superioribus dictum) petito: Episcopo, quem Arnoldus abbas, & Slavorum Chronicon summis laudibus evehere laborant. Virum justum & timoratum, ille prædicat, ex spe Et antem consolationem Israel: in quo, cum multis a Domino insipitus fuerit donis specialibus, refulerit tamen scientia liberalis cum facundia sermonis: Et cum bis plerique, evanescentes in cogitationibus suis, magis ad arrogantiam utantur, quam ad ædificationem, ipse tamen in eadem humilitate permanserit, semper devotus Deo & gloriosissimæ genitrici ejus in jejuniis, in vigiliis, in abstinentiis, in oratione, in eleemosynarum largitione. Hæc XIII. capite libri II. Plura addit libri III. capite III. quod totum morti, signis, studiis, laudibus Henrici describendis impenditur. Virum magnæ scientiæ, sanctitatis cum appellat Chronicon Slavorum, facundissimum: qui in mensa Regis Græcorum cum Græcis disputans evidentissimis ostenderit rationibus ac autori- tatis, Spiritum S. a Patre & Filio procedere, Anastasi, Cy- cilli & aliorum fretus scriptis, & magnificatus fuerit coram runctis. Etiam literarum monumenta ipsum reliquise- ait Krantzius Metropoleos libro VII. capite II. Homiliam videlicet in Evangelium istud: Stabat juxta crucem JESU.

§. IX. Huic jam ad plures erat abcunduin, imminente fatali vitæ termino. Jam tum obsessa per Fridericum urbe ipsum laborasse Arnoldus memorat II. libri capite XXXVI. Quod Imperator, considerans in- valetudinem Episcopi, quia crebris incendebat febribus, misserit ad eum Physicum suum, ut potionibus suis debilitati ejus corporis subveniret. His ad annum usque circ LXXXIII. male fuerat vexatus, ita tamen, ut per intervalla sa- 1183 cris ei liceret interesse officiis. Tandem aggravata in- dies ægra valetudine cundem fere cum decurso anno vitæ est sortitus exitum, III. Kalendas Decembres vita decadens. Sollicitum esse Arnoldum in recessis

obitus circumstantiis, jam jam diximus, ex qvo hæc talia curiosis erunt repetenda. Corporis exuvia translatæ sunt in Divi Johannis Cœnobium, qvod anno cl^a CLXXVIII. una cum Henrico Principe fundarat; In qvo Chorum (ut ajunt) morti vicius sibi sepulturæ locum elegerat. Transeant signa ab eodem repetita Historico, non parum nobis suspecta, gravi quantumvis veritatis obsignata testimonio: *Quæ autem scribo vobis, inquit, ecce coram Deo, quia non mentior.*

§. X. Successorem Henrico expetebant Lubecenses Canonici, ad Imperatorem ea de causa profecti. Designabat Fridericus Alexium Hildeburgerensem Proposatum. At refragantibus illis, qvod non esset ex illorum ordine, sed Præmonstratensium, suffecit Cæsar Conradum suum Capellatum, sive, uti Krantzius appellat, Scribam, Cancellerium: Nobilem vel a Ravenspurck, vel Reinstein, vel etiam Dynastam de Querfurt: de genere enim haut æque convenit inter eruditos. Variis hunc cquidem mactant scriptores catalogis, dum *Magnificum*, literatum, facundum, egregius, que doctrinæ præsidis & ornamenti instructum nominant: Nemo non tamen *magnanimum* & *ambitiosum* fuisse Episcopum ex eventu rei judicat, qvippe qui Lubecensi non contentus Episcopatu, & controversia cum Adolfo Comiti orta irritatus, se se sponte abdicavit.

§. XI. Pontificalem investituram ad Egerensem civitatem natus, consecrationem difficerat callide, ut si forte displiceret conditio, liberam decedendi haceret facultatem. Hinc singula primum in Ecclesia bene componens, cum postea de Vthinensi advocatione collideretur cum Adolfo, convasata supellestili, & abductis nobilioribus cquis, etiam vi extortis, (Arnoldus causam expromit: *quia aliquantulum cupidus erat*) ad Sigfridum Bremensem abiit Archiepiscopum, datis ad clerum suum literis, qvcis alius capit^{is} eligendi permittit licentiam. De ulteriori hominis fortuna se maccerent:

rent: nobis Lubeca illum deduxisse sufficerit. Cui tam
en & cetera rimari volope, Cl. Domini Bangerti ad
sextum caput libri II. Arnoldi lustret commentarium,
Conradi vitam, auctorumque de ea indicem brevibus
complexum: Idem ibi notat falli Hermannum Bon-
num, qui libro II. Chronicorum Lubecensium scribit,
Comadum eodem, quo electus anno, post abdicatio-
nem vita deceperisse,

§. XII. Volvebatur annus post millesimum
centesimum quartus & octogesimus, cum mense Ja
nuario Bremensis Archiepiscopus Hartvicus (is Sig-
frido successerat) Lubecam adventaret cum Canonicis
de novo deliberaturus Episcopo. Dissentiebat Clerus:
cujus pars Hersfeldensem Abbatem, pars Praepositum
collegii Davidem expetebat. Qvam contentionem
sic componere Hartvico visum, ut utroqve præter-
missio Ditericus Segebergensis Praepositus assumeretur.
Dicum: facit. Denunciatur Diterico nova sparta, in
se recipiat rogatur. Is detrectare, sive præstutia, seu
humilitatis signo, lacrymas addere, extenuare vires
impares ferendo oneri, demum recusare. Legati vero
instant, urgent, Archiepiscopi & Comitis hortationes
affirunt: & sic, demum vincunt, assensum Diterici ob-
tinent. Noluit tamen ante datam a Friderico Cæsare
investituram ingredi Lubecam, qvam circa hyemem
impertrans, & Brema sacro delibutus anno XXIII. De-
cembris luce ab Adolpho Comite & tripudiente populo
in Ecclesiam regendam est deducens, sed discalceatus
& asino insidens. Krantzus octogesimum octavum
annum huic electioni deputat. Sed minus recte. Forte-
plum scripta numeri quaternarii figura (Q) sic sesellit,
qvam antiquitus pinxere. Etiam hanc multo absi-
mitem. Laudum ejus præco sit Arnoldus noster, libro
III. capite XIV. jam dudum elocutus, qvod confirmatus in
fede Episcopali his militaris viam non deseruerit, omnis vero se
mitem & affabilem exhibuerit: Per viscera quoque misericor-
dia

dia pietatis esset operibus deditus, castus, sobrius, pudicus, ita
verus religionis cultor, ut eam Deo quam hominibus compla-
ret. Hermanno Bonno hoc in Diterico maxime pro-
batur quod ipse sacra munia obierit, unde libro II. pag.
XXV. ait. *Hic autem integræ vite ac multæ eruditio[n]is atque
doctrina episcopus fuit, suumque concionandi munus ipse obi[uv]it.*

§. XIII. Ditericus iste ab Imperatore investi-
tus diplomati a Friderico Goslariensibus Canonicis
concesso testis legitur subscriptus, & sequentes ipsi lo-
cii: *Axelbodus Hildesheimensis Episcopus, Fridericus Hal-
berstadiensis Episcopus, Tidericus Lubecensis Episcopus,
Albertus de Grombach, Albertus de Hildenburg, Burchardus
de WAltenberg, Ludolphus de Peine, Ebertus de Wulfen-
buttele, Volmarus Advocatus Goslariensis, & alii quamplu-
res.* Datum est Goslarie V. Id. Aug. anno Regni Friderici
XXXIII. Imperii vero XXVII.

1185 §. XIV. Effluxerat cum c. LXXXV. anno
terminus Henriciani exilii, ideoq[ue] ad patrios lares est
reversus, & sedet in Brunsuvig, contentus patrimonio suo,
quod tamen ex magna parte a multis violenter occupatum fue-
rat, secundum Arnoldum lib. III. cap. XII. Ibi Impera-
toris ergebatur literis multa spe tumentibus, q[ua]e ta-
men semper decollavit, q[ui]onia[m] non sisus Leoni
Fridericus, q[ui]e q[ui]d sibi Henrico exulante ab aliis ac-
ciderat adversi, illud omne Duci imputabat, ac si vel
per ipsum, vel per ejus miseriā hostes essent instigati.
Inde ad Hartvicum Archiepiscopum conversus Leo,
cum pristinæ amicitiae vellet revocare foedera, mores
honoribus immutatos reperit, & (Arnoldo indignan-
te) non adversitatis, sed prosperitatis amicum, nec de singulari
amicitia, sed de vulgari.

1186 §. XV. Anno c. LXXXVI. Adolphus Co-
mes non procul a Lubeca Reinfeldense Cœnobium
fundavit. Chronicon Slavicum capite XXXV. Anno
Dominici c. LXXXVI. aedificatum est per comitem Adol-
phum prope Lubeck monasterium Reyneveldē, per quinque an-
nos

os, fratrū ordinis Cisterciensium. Iisde in fere verbis
Paulus Langius Chronicus Citizeni ad huic annum:
Eodem anno edificatum est monasterium Reinfeldae prope Lube-
cam per Comitem Adolphum. Et locati sunt in illud fratres
Cisterciensis ordinis sub regula divi Benedicti. Nec aliter
Hermannus Bonnus lib. II. pag. XXV.

§. XVI. Hoc & sequentibus annis male Lubecensibus convenit cum Adolpho, qui castrum, quod
ad Travæ ostium olim fuerat conditum, sed irrum-
pentibus Slavis dirutum, restauravit, non modo, ut
propellere piratas, sed & Lubecensibus telonium posset
extorquere. Litis capita ab Arnoldo audiemus: *Vnde*
grandis controversia inter eos orta est. Dicebat enim Comes
telonium sui juris esse, quia tempore Ducis Henrici illic non sine
telonio transierant. Illi autem affirmabant, non hoc de jure
factum, sed propter petitionem ipsius Ducis ad castelli suspen-
sationem ad tempus esse permisum. Ob hanc igitur contradic-
tionem quicquid commoditatis in suis terminis cives ante vide-
bantur habere, in fluviis, in pascuis, in sylvis, Comes omnino
abstulit. Præterea etiam quosdam ex eis in civitatibus suis Tho-
deslo & Hammenburg negotiantes praepediendo detinuit, & bona
eorum quasi proteloni pignore sibi usurpavit. Lib. III. cap.
XIX. Hanc injuriā scilicet atque iterum Lubecenses
Imperatori exposuerant, nec tamen benivolæ Domini
aures ipsis patuerunt. Tandem quingentis argenti
marcis (codem Arnoldo teste) immunitatem suam ab
Adolpho quasi emercari sunt jussi. De territorii quo-
que finibus a Friderico splendidum obtinuere Privile-
gium, cuius apographum est penes Dn. Praefidem. Fi-
nit ita: *Acta sunt hec anno Dominice incarnationis CLXXXVIII.* ¹¹⁸⁸
Indictione septima, regnante Friderico, Roma-
norum Imperatore Augusto. Anno regni ejus XXXVIII. Imperii
vero XXXV. Datum apud castrum Lizenze, XIII. Kalend. O-
ctobris. Ex testium subscriptorum numero MS. Lubec-
cense Chronicon hos Legatos vocat Lubecensium:
Giselberti van Warendorp/ Berend van Ertensborg/ Wiss-
B
geslo

hesto Egenholff Gotfried van Storckdorp (vel Scordorp Ste-
dorp) Sifried Struv: (vel Stuve) Eutbert Berenger / Euse-
van Bardewick.

§. XVII. Imperator Fridericus denuo iter sa-
crum parabat: Ergo regni statum ante abitum in tuto
collocaturus, Goslariam Principibus indixit comitia,
ut ibi qvisqve suam audiret sententiam. Post-
quam & Henricus noster ibi comparuit, trium ipsi o-
ptionem dedit Imperator, ut vel ex aliquia tantum parte
restitueretur, vel se in Palæstinam comitaretur, ex eo
restituendus plenè: vel denuo per triennium, una cum
filio Henrico, provinciam abjuraret. Henricus re-
pensata probe, ultimum maluit eligere, qvippe non
tam sibi posterisqve damnosum ac periculosum, & ma-
gis elegit terram exire, quam vel ire quo non vellet, vel honore
pristino ulla diminutione mutilari. Arnold. lib. III. cap.
XXVIII.

§. XVIII. Comitabimur Fridericum Barbaros-
sam, ipsius fatum spectaturi. Post illa ad Henricum
1189 Leonem revertemur. Verno anni c10 CLXXXIX. tem-
pore Ratisbona Cæsarem dimiserat, ubi per varios ca-
fus & rerum discriminâ iter factum. Strages ediderat
sacer exercitus, erat passus. Filius Friderici fortiter Pa-
renti operam navabat. Anno nonagesimo post MC.
deventum ad Ciliciz campos, qvos Cydnus interlabi-
tur. In hoc Regibus fatali fluvio (*Silephum aut Saras*
Armeniæ amnem alii appellant) tantus Heros Frideri-
cus lethi viam invenit. Nam vel nimio solis æstu præ-
gravatus in eodem lavans, vel dum transmittere parat,
eqvo decussus, aquis præfocatus periit. Olorinum ejus
cantum Stadensis Abbas Albertus suggeret, quem ad
annum c10 c xci. posteritati consignavit: *Tunc dicitur
exclamasse: Benedictus crucifixus Dei filius, quod aqua me su-
scipit, que me regeneravit, & me martyrem faciat, que me fecit
Christianum. Et sic expiravit.*

CAPVT



CAPVT II.
DE
LVBECAE

STATV SVB HENRICO LEONE, VS-
QVE AD RECEPTAM VRBEM AB A-
DOLPHO COMITE.

SVMMARIVM.

I. Henricus Leo a secundo revertitur exilio. II. Adolphii Comiti terram vastat & civitates occupat. III. Bardecum expugnat. IV. Inde Lubecam aggreditur, quam deditio[n]e capit. V. Henricus cum hostibus confligit, sed parum prospere. VI. Henricus VII. Imperator Leonis aduersus Brunsvicum infestat. Henricum vult in gratiam recipere. VIII. Adolphus a sacra expeditione redux Holstiam intrat. VIII. cum Bernardo Raceburgensi Comite Lubecam obsidet. Travam claudit. IX. Henricus Dux civibus suspectias mittit. Fortuna ambigua pugnatur. X. Adolphus Stadam capit. XI. Fridericus Lubecensis Episcopus affigitur. XII. Lubecenses ultima experti urbem Comiti Adolpho dedunt.

§. I.

Rescriimus ex Oriente pedem, ubi Imperatoris excessum lustravimus: Nunc de Leone nostro iterum agemus. Diximus hunc altera vice exilium subiisse. In Angliam scilicet, olim familiarem ad hospita Soceri tecum migraverat. Friderico autem Cæsare in Oriente occupato cum hostes Henrici non quiescerent, nec sartum rectumq; servaretur patrimonium talionis usus jure, fidei, & fortassis juramento dato, non amplius standum ratus, anno eodem, quo secesserat, octogesimo scilicet 1189. nono post clo. cum Henrico filioreversus est.

§. II. Tum ab Hartvico Bremensi Archiepiscopo, cuius ante senserat perfidiam, comiter exceptus,

B 2

(quia

(quia operam Henrici sibi promittebat in Dithmarsia recuperanda) Stadensem Comitatum ab eodem impletat. Inde Holsati quoque & Stormari (Dominus eorum Adolphus Imperatorem sequebatur) Principem exosculati liberum ei terrae suae permittebant aditum. Quorum auxilio adjutus, Comitis Adolphi urbes, Hamburgum, Plonam, Izehoam, occupare non cessavit, ut adeo Adolphus Daslensis Comes, Schowenburgici vicarius, cum matre, uxore & familia hujus Adolphi III. Lubecam se recipere necessum haberet.

§. III. Inde etiam Bardevicum suum a Bernhardo Saxone interea occupatum recuperare annis, urbem corona cinxit. Cumque cives ditionem negarent, et nonnulli ex sentina plebis nefario corporis gestu Principi illuderent, ad extrema ventum. Ipso enim quem memoravimus anno, Judae & Simonis die expugnata civitas, praedis ac incendiis milite vastata, pertinacia & illati probri poenas dedit acerbissimas. Solis ibi templis asservatis cetera urbs adeo est direpta et eversa, ut in presentem diem clara hujus miseriae superent vestigia. Sed haec latius & dedita opera Cl. Dn. Praeses, eleganti, quem integrum de hac urbe concinnavit, libro tradidit.

§. IV. Lubeca nostra Bardevicum sequebatur. Nam singulas urbes ad obsequium revocare stabat animo. Hec Bardevici fato territa circa Martini festum prius Ducem admisit, quam peressa obsidionem: & liberum Daslensi Comiti, cum suis abitum pacta antiquum dominum reverenter habuit. Etiam de Bernhardo Saxone poenas repetebat Leo, dum Lauenburgo capto Segebergensi castello expugnando manum admovebat. Sed hac spe frustratus Holsatorum perfidia, obsidione media deficientium, re infesta non modo discedere, sed et Ducem exercitus (is Waltherus de Badensie vocatur Arnoldo) captivum relinquere coactus est. Hoc unico sinistiori casu erecti hos

Itcs

stes Principis, Lubecam incur sare tentavere: *Siquidem Adolphus de Dassel cum matre Comitis peregrini (peregrinatis) & uxore ejus reversus est, singulier abat civitatem Lubicanam in multis.* Arnold. Lib. IV. cap. II.

§. V. Fortunam propitiam sibi viderat Henricus: jurasses, uno nutu obvertisse terga: ita in deterius vergebant omnia. Parabat quidem militum manum, qua se de hostibus ulcisceretur, tandemque sub auspiciis Bernhardi Raceburgensis Comitis Lubeca emittebat. Sed huic nec hostium furor, nec praeterlapsus pepercit Travæ alveus, ita, ut plurimis occisis multisque captis, pauci (& tamen inter hos Bernhardus Comes) præpropera fuga saluti potuerint prospicere.

§. VI. Henricus VI. Rex Germaniarum idemque Imperator Romanus Friderici filius successor, de hoc Leonis reditu gestisq; tactus certior, indignatus est, tum quia quasi despiciens adolescentiam suam contra iurandum ante tempus rediisset, tum quia terram Adalphi Comitis sibi usurpaverat: quæ verba sunt Arnoldi lib. IV. cap. III. In regiones itaque Henrici excurrens, Brunsvicum urbem & vicina alia ipsi eripere annis est. At cum irritus esset hic conatus, in Hartvicum Bremensem, novum Leonis amicum bilem omnem evomuit, eundemq; sede deturbatum, in Angliam exulatum ire compulit. Post hæc Conrado Moguntino & Philippo Coloniensi Archiepiscopis intercedentibus, Henricus Leo ad curiam evocatur sive Fulda, ut Arnoldus habet, seu Dulcithæ, uti Stederburgensis Praepositus in Vita Leonis notat, celebrandam. Postquam ibi Princeps adventarat, hac lege gratiæ Cæsar is restitutus est, ut mœnibus Brunsvici dirutis, & destructo Lavvenburgo, juniores natu filium Imperatori daret obsidem, & Lubecam cū Adolpho Comite ex æquo partiretur. Sed quam bene steterit promissis, Arnoldus referat: *Dux tamen nec Louvenburg destraxit, nec demidictarem civitatis secut promiserat, Adolpho, qui*

ad huc peregrinabatur, restituit, nec terram ipsius infestarecessa.
1191. vit. Acta sunt hæc anno clœ. XCI.

§. VII. Nunc Adolphum Comitem, quoqve ille
animo terræ suæ exceperit jacturam contemplabimur.
Tyri morabatur, cum domesticas turbas cognosceret.
Quamobrem expeditioni sacræ valedicens in arcem su-
am Schowenborgum sese recipiebat, paulo ante ab Im-
peratore in Suevia largum sed vanum fortunæ adversæ
solatum adeptus. Hinc nullibi tutus Holsatiam in-
trandi locus: qvocunqve enim verteret, aut parato mi-
lite, aut captis castris se excludi animadvertebat. Tan-
dem Bernhardi Saxonæ Ducis, Marchionisqve Bran-
denburgensis Ottonis ope Atlenburgum deducitur: ibi
obvius cum copiis Adolphus Daslensis ipsum excipit.
Accedebat Bernhardus junior Raceburgensis Comes,
ab Henrico Leone deficiens, dum pater Bernhardus
Henrico Duci militabat.

§. VIII. Fretus his auxiliis Adolphus Lubecam
obsidionē aggredi tentabat: Sic ut ipse in Holsatia, Bern-
hardus à Raceburgensi latere urbem perurgeret, & hoc
est quod Arnoldus ait cap. VIII. *vallantes eam obsidione
maxima, uterque consistens in terra sua. Urbem defendebat
Luchardus quidam Waltheri de Berge filius, vir strenuus (e-
jusdem Arnoldi judicio,) quem præsidario militi præ-
fecerat Henricus. Primo Lubecenses non multum ex-
horruere hanc coronam, quia libera ipsis erat facultas
Trava vehendi & transmittendi Verum & hoc præsidio
Adolphus eos mox privavit, compatis & immissis flu-
mini trabibus, ne pateret iter: eo modo indicis urbem
maxime afflixit.*

§. IX. Nolebat Henricus quæ jam pridem re-
ceperat inultus dimittere: itaque sub imperio Conradi
Rotie, exercitum misit obsecsis, Lubecensibus opem la-
tutum. Hic transgressus Albim a tergo cœpit adoriri
comitem Bernhardum, cundemqve fortiter Lubeca
Raceburgum compulit. Egressi ergo hac parte cives
Lube-

Lubecenses opimas agebant prædas, quæ varum beneficio
obsidionem diutius haberent tolerare. Altera luce i-
terum egressi manu valida, cum hoste conflicturi, sed
impari successu: accepta nempe clade urbem repeteret
sunt compulsi. Reversus etiam Bernhardus Comes, ex
eadem parte, qua nuper, infestabat urbem: Nec non ge-
mina usus fortuna crumpentes profligabat Lube-
censes.

§. X. Adolphus equidem, dum hæc aguntur,
agrotabat, nihilominus tamen tanta victoria & fortuna
vires animumque capiens Stadam quoque aggreditur,
præmit, deditio[n]e occupat. At mulieris, Conradi
Rothe Conjugis Adolphum tum deceptum memorat
Arnoldus, quæ cum aliis sc̄eminiis gratia Comitis dedu-
cta urbe, in plaustris pro loricis virorum in saccis deferens
cumulos thesaurorum.

§. XI. Neque Ditericus Episcopus Lubecensis
ab hostium incursu erat salvis. Bremensibus enim,
dum Adolphum in recepto Stadensi Comitatu infesta-
bant, Kevenam (Tzevenam appellat Krantzus Wanda-
liae lib. VI. cap. XXXV.) Præposituram Diterici in Bre-
mensi Diœcesi vastare nulla fuit religio. Meretus hic
adscribi Kranzii locus, qui loco proxime jam dicto
singulare de Diterico narrat: Spoliari, inquit, paupe-
res (in Kevena militum incursionibus) episcopum circum-
sistunt, deplorantes omnia se sua perdidisse, Bremensibus cuncta
ab gentibus. Vix sacra posuerat indumenta expleta officio, & pe-
des cum peditibus sequitur predatores, per mille passus depre-
hendit, suorum jumenta reposcit. Predatores sacram ejus can-
giem (quam sudore madentem viderant) venerati, quum nihil
hostile in eum sentirent cum rubore reddiderunt que abstulerant.
Cerneres sacras Pontificis manus, & aurorum arg, boum cornibus
insertas, pro suis pauperibus decertare. Itaque inermis & pedes
sua recuperavit, quæ alius etiam eques & armatus non reu-
lisset. Insuper Hartvicus e Bremensi Archiepiscopo e-
xul, nunc ab Anglia reverlus, excommunicationis ful-

mca

men in Episcopum vibrabat , quod non venisset ab Hartvico evocatus. Hoc risu potius cludere , quam multum reformidare debuisset Ditericus, qui tamen, ne parva scintilla majus excitaret incendium, per Cynchium Cardinalem eo liberari & absolvi voluit.

§. XII. Lubecam interea gravis premebat ob-sidio : neque spes supererat, fore, ut meliori eventu ipsi ferrentur ab Henrico suppetæ, in primis cum Stadam quoq; Leoni creptam constaret. In his miseriis delibera-tio accendebat malum, cui urbs potissimum tradenda. Alii Daniæ Regem sibi exoptabant dominum, quia po-tentior ille videbatur urbis vindex , & commodius in terra ejus civibus daretur exercere mercaturam. Otto-ni Marchioni parere gestiebant alii, quod sic Romano Imperio subessent, (forte pro scribendi) nec Adolphi Comitis subessent tyrannidi. Verum Adolphus de his consiliis factus certior, magis cō magisq; urbem redige-bat ad angustias, ne tam optimus bolus faucibus eripe-tur. Vnde factum, ut extrema fere passi Lubecenses Adolphum Comitem admitterent, ipsius imperio se suaque dedentes, ea tamen legē, ut Ducis milites salvi & incolumes discederent. Hinc igitur ad Adolphum ruc-sus devolutum urbis regimen , qui Imperatori id renuncians, omnes civitatis redditus ab co-dem obtinuit. Sic erat in fatis!

CAP. III.

CAPV I III.

DE
LVBECAE

STATV SVB ADOLPHO III. COMITE
VSQVE DVM IN DANIA REGIS
MANVS PERVENERIT.

I. II. Henricus Leo utriusque fortunæ pila Brunsvici decedit.
III. Adolphus contra Canutum Daniæ Regem militat
minus prospere. IV. Lubeca sacram Imperatoris mili-
tiam CCCC. crucigeris auget. V. Adolphus denuo
Canutum irritat: eique Rendesburgum tradit. VI.
VValdemarus Canuti frater Comitem persequitur:
Holsatiæ vastat. Lubecensium mercatores detinen-
tur. VII. VValdemarus Lubecam Danis subjicit.

S V M M A R I V M.

§. I.

Sic adversis denuo Henricus Leo graviter
exercitus nondiu de noviter qvesitis habu-
it gaudere. Nec aliter res erant comparatae,
ac si fortuna omnis ipsum ejurasset; qvæ,
si licuisset, Henricianum nomen extirpa-
re, evertere & everrere quasi cum pulviscu-
lo sustinuisse. Sed aliter voluere fata: & qvamvis il-
li vivo pristinam rerum copiam, splendorem veterem
reciperandi non concessum; eidem nihilominus pacata
morte vitam claudere, & seros posteros maximæ felicitati
adoptandos licuit transmittere.

§. II. Post amissam (uti vidimus) Stadam, &
exin Lubecam, aliqualis eqvidem inicabat Henrico
fortunæ favor, dum Lauenburgum a Bernhardo Sa-
xonc & Adolpho graviter quantumvis afflictum fu-
gatis hostibus sibi vendicavit. At si huic fulgori ulte-
rius se voluisset permittere, fortean gemino, vel dete-
riori modo lusus, dedisset pœnas nimia credulitatis. I-

C

taqve

1195. datus icum tuum te recipiens, qvod reliquum
erat vitæ tranqville peracto, anno cI^o CXCV. ipsis L.
dibus Augusti ibidem vitam cum morte commutavit:
ubi etiam in Blasiana æde illius ut & Conjugis exuvi-
as nobile recepit Mausoleum, insculpto cenotaphio
conspicuum, cujus inscriptionem videre est in Antiqui-
tibus Brunsvicensibus Cl. Madcri. Atque ita vitæ
Henricianæ lineamenta in præsens ducere placuit:
præcipue qvod Herois hujus regimini Lubeca sua de-
beat incrementa &, qvem æviterna colere memoria
debita tantæ virtuti exigat pietas. Plenioram Histori-
am Leonis, locis habes ante memoratis, & fuse can-
dem exposuit toties laudata Cl. Dn. Præsidis Barde-
vicensis Historia.

§. III. Nunc ad Lubecæ Dominum Adolphum III. revertimur, cujus fortuna segnius non nihil
cœpit agere. Sed in culpa Comes ipse erat, eo qvod
Valdemaro Slesvicensi Episcopo totum se dedisset,
Canuto Daniæ Regi (qvas ob causas, alii disceptent)
multum adversanti. Hinc Canuti missus in Holstati-
am miles, undiqvaqve rapinis & incendiis perstrepe-
bat. Adolphus contra qvæ Canuto suberant, ad
Slesvicum usqve vastabat. Tandem cum regis co-
piis se imparem animadverteret, per legatos pacem est
mercatus quadringentis denariorum marcis, uti sup-
putat Arnoldus lib. IV. cap. XVII. Hæc erat ulterioris in-
fortunii protasis: calamitosa catastrophe mox seqvetur.

§. V. Anno cI^o CXCV. cum Henricus VI.
Imperator cruce insignitas duceret in Palæstinam co-
pias (qvibus etiam Adolphus Comes nomen dederat)
Lubeca nostra splendido peregrinantes auxit numero,
quadringentorum capitum, neqve ex infima plebeccu-
læ sentia. Ita enim Arnoldus d. l. *Inter quos incivitate
Lubeca de valentioribus circa quadringentos viros signati
sunt.* Krantzus quoq; Lubecenses agnoscit comites i-
tineris, Saxonia libro VII. cap. IX. *Inerant, ait, Dani,*
Phry-

Phrygit, Lubicenses, Bremensesque. Idem asserit, Conradum illum, qui qvondam degustavit Episcopatum Lubecensem, huic turmæ præfuisse, seqventibus verbis: *Quibus ipse (Imperator) prefecerat Conradum Cancellarium suum, olim ecclesie Lubicensis electum, nunc Heripolensis ecclesiae Episcopum consecratum.*

§. VI. Anno cl^o cxcviii. Otto Brandenbur-

gensis Marchio V Vandalicas invasit provincias, non nullas etiam Danorum Regi extorsit. Cum bene res procederet, cælo, & ducibus orbato exercitu regio, altera vice idem tentat Marchio, adducens qvoqve Comitem Adolphum, id temporis reducem. Sic Adolphus denuo Canutiram provocat, commoda vindictæ tempora jamdudum præstolantis: qui brevi Adolphum ad petendam pacem compulit. Insuper Reinholdesburgum arcem (Rendesburgum seu Rensburgum hodie effertur) reparatam, clavem, uti dicere solemus, Cimbricæ, Regi cedere jussus est. Nescio sane cur Cl. Di. Bangerto placuerit, explosa qvam seqvitur, Pontani cōputatione his gestis numerum annorum cl^o cxcvi. cl^o cxcvii. præfigere cum constet, ac ipse etiam prioribus diserte dixerit, per hos annos Adolphum in sacra crucigerorum militia rem admodum strenue gesisse.

§. VII. Comes nihilominus seqventi anno denuo ad arma in Regem conclamat. Tum Canutus fratrem Waldemarum Ducem Slesvicensem ad illum compescendum castigandamqve superbiam mittit. Instigabant Regem magis magis ut trans fugæ Hollatici quos male preferat Adolphus, exigendo censum nimium, & veteres, qvas Henrici Leonis tempore soverat, recoquendo inimicitias. Accedebat facta in Dithmarsiam Comitis irruptio, qvæ provincia Danis per Episcopum V Valdemarum acreverat. Hujus terræ varios si quis casus & Dominorum seriem novisse cupit, Celebratimi Bangerti notas adeat ad cap. XVII. libri IV. Arnol-

di Lubecensis; ubi hæc pro more tractat accuratiū. Hic V Valdemarus copiis suis in Hollsatiam movebat, strage obviorum sibi viam, Adolpho detrimentum parans. Neqve Lubecenses, utpote qui hosti Regis suberant, ab his belli fluctibus erant immunes. Sed, cum ea tempestate, quo solet halecum frequentari captura, cives nostri in Scaniā confluenter, idem cum navibus a Canuto sunt detenti, ut haberet, quo ipsam magis affligeret civitatem. Interim V Valdemarus plenisqve oppidis Hollsatia potitus, & prælio ad Itzehoam viator, Adolphum Hamburgum se recipere compellit. Præsidiaria ad Travæ ostium arx nostra Travemunda, & loca alia non primo statim insulæ capienda obsidentur.

§. VIII. Hæc gesta ad annum usqve cloaci. 1201. quo V Valdemarus Hamburgo capto, ad Lubecam quoque expugnandam animum adjicit. Huic proposito serviebant dedenti cives quos jam pridem maceraverat: corundemque fata cum Lubecenses anxi intuerentur, nec aliunde defendendæ urbi paterent suppetiæ, civitatem V Valdemari manibus permittunt, ea, quam semper afferebant, lege, ne quid privilegia detrimenti eaperent. Audiemus hæc de re Arnoldum lib. VI. cap. XIII. Dux igitur prospere agens, applicuit ad civitatem Lubeke famosam, sciens nomen suum dilatari, si trans civitatis dominaretur. Cives autem propter captivos suos supra dictos, & propter naves in Scaniæ detentas, animadvertisentes quoque quod ex omni parte tota terra in conspectu Ducis parata esset, ita ut nullum introitum vel exitum, nec per terram nec per mare habere possent, necessitate compulsi, consilio habito, nominatores Ducis, cum apud Bredenvelde esset, occurserunt & civitatem ei dediderunt, sicque suos captivos cum navibus & omnibus ablatis receperunt. Deditiois pacta ulterius ex Pontano audiimus: Itaque dedita Duci Voldemaro Lubeca legibus hisce ac conditionibus, ut nimirum illibatae civibus relinquerentur, quas a Cesare & Duce Henrico, tum & Comite Adolfo accepissent, immu-

immunitates ac privilegia; suisque legibus ac jure; quomodo
nisi fuissent semper, fruerentur, ac denique naves & mercimonia,
qve in Dania Rex Canutus detinebat, arresto soluta, ipsis li-
bera ac salva permitterentur. lib. VI. Travemua-
da tamen nondum erat expugnata, uti vult Ponta-
nus, sed perduravit obsidio, donec una cum oppido Mol-
nensi ipsi Regi Canuto, altero qvo urbem nostram ma-
gno cum apparatu est ingressus, anno traduceretur. Her-
mannus Bonnus omnia hæc fere acta anno 1130.
memorat. Magis autem fallit Chronicon Slavorum,
dum in 1130. annum transfert: Anno 1130 CCIX. in-
quit, capta est civitas Lubicana, per VValemarum Ducem Sles-
vicensem, fratrem Regis Danorum. Et sic Danis subjecta, eis-
dem sub tributo servivit fere viginti tribus annis. Idem re-
petit Matthæus Drescerus Chronicus Saxonico.

CAP V T IV.

DE

LVBECAE

STATV SVB DANORVM REGIMINE
VSQVE AD PARTAM LIBER-
TATEM.

SUMMARIUM.

1. Comes Adolphus in Daniam abducitur captivus. II.
Segebergense castrum occupatur. III. VValemarus
fratri Canuto in Dania regno succedit. Lubecenses ipsi
præstant homagium. Privilegia Lubecensibus con-
cessa. IV. Lauenburgum VValemaro traditur. A-
dolphus liberatur. V. Lubeca incendio consumitur.
Restauratur. VI. Ditericum Episcopum Bertoldius
excipit. VII. Lubecam VValemarus munit. VIII. IX.
Holsati libertatem meditantur. VValemaro capto
Adolphus IV. Patriam hostibus extorques. X.
VValemarus solvitur vinculis. Lubecenses commen-
datitias ab Imperatore impetrant ad vicinos Proceres.
XI. Dani per strategema ejiciuntur arce Lubecensi.

XII. Cæsaris literæ auxilia Lubecæ conciliant. Lue
censes ab Imperatore subsidia & privilegia diplomata
firmata accipiunt. Adolphus IV. copiæ pœ-
fest. XIV. VVAldemarus Holsatiæ depopulatur.
Denique ad Bornbœvet manus conseruantur. Victoria
primum dubia, tandem in partes Lubecensem incli-
nat. Rex fuga salutem querit. XV. Ax Lubecæ in mo-
nasterium mutatur. Præcipui hujus prælia scriptores
laudantur. XVI. Conclusio.

§. I.

Lum sic Lubeca manibus Adolphi iterum
excidisset, omnia tentare Comes maluit,
qvam inultus exui provinciis. Ergo copiis
ad Stadam contradicis. Hamburgum Ru-
dolpho (Radulphum alii vocant) a Daniæ
Rege urbi præfecto eripit, Lauenburgo aliisque fretus
arcibus, qvæ nondum hosticesserant. Sed circumven-
tus Comes a VVAldemaro, Hamburgi premitur obsi-
dione: cumqve alia ratione saluti suæ consilere non
posset, Lauenburgi ditionem pollicetur. At qvando
præsidiarii eam detrectarent tradere, Adolphus ducitur
captivus, & nimis duriter tractatur: id qvod seqventi-
bus verbis repræsentat Arnoldus lib. VI. cap. XIV.
*Compedibus & vinculis constrictus est. Sicque non sine contume-
lia per omnia loca, qvibus antea dominabatur, deductus, Da-
niam captivus intravit. Dani autem cognita captivitate sui
inimici, in omnibus civitatibus & vicis, ut tempore Saul Phi-
listæ fecerunt, omnibus ad plausum & exultationem hoc nuncia-
verunt.*

§. II. Canuto Regi Lubecam adventanti Tra-
vemundam cum Molnensi oppido suis oblatam, iam
tetigimus. Postqvam is acceptis obsidibus recellerat,
frater Regis VVAldemarus reliqua Holsatiæ sategit
subjugare. Segebergam rerum omnium copia non
mediocriter instruam conatu irrito obsidebat VVAl-
demus.

demari miles : quamobrem ipse dominus re intellecta
manum operi admovens graviter coarctat castellum.
Tum strategemate usos perhibent praesidiarios, com-
meatus abundantiam projecta farina, & cæsis lapidi-
bus molaribus mentitos. At fami diutius tolerandæ
impares, salva bonorum omnium exportatione, ca-
strum tradidere.

§. III. Jam subdita erat V Valdemaro Holla-
tia: nec non tertio post cl^o CC. anno idem Canuto fra- 1203,
tri vita defuncto in Daniæ regno successit. Tum, ut
Arnoldus lib. VI. cap. XVII. memorat, circa Augustum
cum magna gloria & infinita multitudine venit Lubecam, &
biique cum multa jucunditate Rex Danorum & Slavorum, &
Nordalbingiæ Dominus salutatur. Beneficia & jura, qvæ
Lubecensibus concessit V Valdemarus, digna sunt,
qvæ adscribantur ex Pontani Historiæ Rerum Dani-
carum libro VI. Hinc (V Valdemarus) mense Sextili
magno cum procerum atque aulicorum comitatu Lubecam
profectus, postquam ab omnibus summa similiter veneratione es-
set exceptus, ei tandem, ut Vagriæ Nordalbingiæ Domino, obsequiis
ac fidem polliciti Lubecenses verbis conceptis sacramentum dixe-
re. Ille civibus vicissim totique urbi potestatem fecit in insu-
lis suis inque Scania ac Falstria, cum ebi halecariæ punctioni
opera daretur, res & mercimonia sua vendendi ac distra-
bendi, & vicissim, quicquid ibi venum exponeretur, libere
commercandi. Indulxit præterea ac permisit, ut præfectum sibi
ipsi, quemcunque vellent, iisdem in locis constituerent, cui fas
esset inter cives, & quicunque ipsorum jurisdictioni subjicer-
tur, justitiam administrare: exceptis homicidiis similibusque
caesis, quæ aut vulnus aut contusionem, membrorumque mu-
tilationem intulissent. Has enim ad suum seu Regni forum re-
ferri voluit. Concessit ad hæc pannos, cum laneos, tum lineos,
per ulnam dividendi, aliisque per lancem & libram distracten-
di copiam, modo Regi quod debebatur veltigat portoriumque
penderetur. Quin & Lubecensium, si forte quispiam a Regis
zelonario accusaretur, si per populares suos, non vero peregrinum

can-



causam agere, sequie purgare ius esset: si quem etiam vita ibi
excedere contigeret, ejus bona non in Regis fiscum, sed ad he-
redes defuncti, si adessent; sin vero abessent, ipsorum praefectus
aut ejus nomine ex civibus quicunque id in se oneris sumere
vellet, domum ad proximos heredes ea referendi potestatem ha-
beret. Sunt & alia, sed specialiora, quae vel evictionis, vel trans-
vectionis bonorum furtique causas similiaque concernunt, cu-
jusmodi recitare singulatim omnia longius foret. Et paucis
interiectis de constituto Nordalbingiae (ita has voca-
bant terras) Prorege Alberto Orlamundano Comite:
Lubecæ, inquit, quæ acropolis erat, & velut caput Vagria,
situ, munitionibus ac portu amoenissima, aream ac propugnac-
lum constituit, idque Danicis praesidiis muniri curavit.

§. IV. Exin V Valdemarus Lauenburgum de-
nuo tentabat: sed opera incassum labente. Tandem
vero praesidiarii, evocato ad colloquium Rege, ita
cum ipso paciscuntur, ut si Adolphum receptis obsi-
dibus liberaret, castrum dederetur. Id quod promisit,
ac promissis statim satisfecit V Valdemarus. Arce ita-
que tamdiu desiderata post tot rerum discrimina au-
gustus est: Adolphus autem Holstia privatus, Schau-
en burgum sese contulit.

1209. §. V. Anno clo CCIX (quem Stralsundæ
urbis nonnulli faciunt natalem) Lubecam ferale con-
sumsit incendium: & tanta qvidem rabiæ Vulcanum
sæviisse accepimus, ut quinqve tantum domunculæ
manerint intactæ. Hinc enim esse volunt, quod du-
as majores plateas, quæ Mengstrasse & Becker-Gruhe
appellantur, intercedens angiportus superior, ab his
quinque domibus nomen (Byshusen) acceperit. Hac
de re quæ habet Chronicon Slavorum adscribemus:
*Anno Domini clo CCIX. Civitas Lubicana cibus ignis facta est
ex integro, absque quinque domibus, a quibus hodierna die vi-
ci illæ quinque domus dicitur. At V Valdemaro Rege in
id sedulo incumbente, Lubecca ex cineribus amplior
surrexit atq[ue] ornatiōr.* Nam, ut ait Pontanus, Rex

co-



orum hoc detimento motus, non modo telonia ipsis & alia, que
pendere vulgo consueverant, in annos aliquot remisit, sed
cumberent. Tum plateis plurimis nomen illud, hodie
qvod retinent, ex Danorum placito impositum, patrii
annales memorant.

§. VI. Anno cl^o CCXI. Diterico Episcopo sus- 1214.
featum esse Bertoldum, Chronicon Slavorum & Her-
mannus Bonnus referunt: qvod Albertus Abbas Staden-
sis in superiorem annum rejicit. Albertus Krantzius, &
ante eum Auditor Chronicis Slavici recensent, Bertoldum
illum ob certas incommoditates una cum Capitulo resignasse
burgensibus habitationem, quam babebat in Olden-Lubek : in-
stituisse camerarium perpetuum pro canonicia suis, & sibi de re-
ditibus perpetuis de censibus mensæ episcopalis providisse: ædificas-
se etiam primum molendinum in Vthin. Hermannus Bonnus
nimium ejus in ædificando studium increpat his ver-
bis: Anno millesimo ducentesimo undecimo mortuo Theodorico E-
piscopo, sextus Episcopus Lubeci ei successit, Bartoldus nomine,
cujus studium atque curæ in ponendis ædificiis major fuit, quam
in sacris literis, aut doctrinis populo tradendis.

§. VII. Anno cl^o CCXVII. prout Ms. Lubecense 1217.
Chronicon supputat, Rex V Valdemarus arcem Lube-
centem valido muro, urbem ipsam turribus & mœni-
bus cinctum. Nec minus per Albertum Orlamundanum
Comitem Travemundam munivit turri e lapide cocti-
li. Chronicon Slavicum id tangit his verbis: Anno Domini
cl^o CCXVIII. Rex V Volmarus igne consumit multas terras
circa Stadii in hieme valida, & Hamburgum etiam obtinuit una
cum Comite Alberto: & proximo anno ædificavit idem Comes Jus-
su Regis Travemunde, collocans ibi turrim firmissimam laterici-
am. Hoc etiam tempore Lubec murata est in circuitu & valde
firmata: & tamen fuit caristica duobus annis.

§. VIII. Jam illud tempus appropinquat, quo
Lubecenses, excuslo jugo Danico, nobilissima victoria
libertatem sibi pararunt. Cujus rei series altius erit repe-
tenda. D §. IX.

§.IX. Holsatiam a Danis liberare primo animum
induxit foemina nobilis, quam *Deest de Kellingdorpe* Kran-
tzius appellat Saxoniam lib. VII. cap. XXII. Haec Adol-
phum III. Schovvenburgi conveniens exorat, ut filium
Adolphum IV. ad vindicandam patriam dimitteret.
Holsatiæ Proceres hoc animati capite a Danico præte-
cto faciunt restituendæ libertatis initium: pristina re-
petendo jura, ac post multas contentiones præfectum
gladiis confodiendo. Inde locis quibusdam muniendis
incumbunt, Itzehoæ imprimis, quam contra hostes ir-
rumpentes (quod hic singitur miraculum, prætermis-
to) strenue defendunt. Arrepta posthac occasione, cum
1223. anno clo CCXXIII. V Valdemarus una cum filio a Sve-
rinensi Comite Henrico captivus esset abductus, Adol-
phus IV. Gerhardi Bremensis Archiepiscopi, Henrici
Sverinensis & Henrici V Verlensis Comitum, ac insuper
paternis auxiliis stipatus, Holsatia sua Danum militem
exturbat, felicissime recuperans, quæ Patri V Valdema-
rus extorserat.

1226. §.X. Cum anno clo CCXXVI. solutis XLV. mar-
carum argenti millibus Rex Daniæ cum gnato esset li-
beratus, præstito prius juramento, quod nunquam ul-
turus foret captivitatis ignominiam, nunquam tenta-
turus Holsatiam; Lubecenses etiam ad pristinam libera-
tem cœperunt respicere. Itaque clanculum missis ad Im-
peratorem Fridericum II. oratoribus, qui oppidanorum
desiderium Regno Germanico parendi, cui virtute Fri-
derici I. patria olim subjecta, aperirent Cæsari: iusdein
reditæ sunt literæ a Friderico, ad Gerhardum Bremen-
iem Præfulem, & vicinos Comites, quibus urbi liberan-
dæ omnem operam navare jubebantur.

§.XI. Premebant illas Lubecenses, omnia summo
agentes silentio, ne præsidio Danico arcem tenenti
quidquam hujus rei nonnotesceret. Cives interea in spe-
ciem lætati ob liberatum Regem, mellitis verbis prospe-
ra vovebant V Valdemaro: & sic securum faciebant
Danum militem, ut hberior in arcem ipsis introitus
con-



concederetur. Re omni itaque composita, Majo mense Consules atque Senatores in campum egrediuntur, praefectum arcis secum elientes, quasi eundem ludis solennibus Meigravium (primaria hæc in ejusmodi ludis dignitas) electuri. Civium vero nonnulli arma vestibus occultantes, sigillatim intrant castrum, commoda occasione militem excubias agentem cædunt, & intromissis civibus, qui foris exspectaverant, reliquos praesidiarios trucidant, castrum sui juris faciunt. Praefectus in civitatem rediens exclusus arce in carcerem compingitur.

§. XII. Hujusmodi erat initium acquirendæ libertati: & quum facile animadverterent, V Valdemarum hanc jacturam graviter ulturum, literas Imperatoris vicinis Comitibus Regi jam tum infensis tradunt. Qui opem Lubecensibus polliciti, statim foedus contra V Valdemarum pangunt. Amplissimus Dn. Lambecius Originum Hamburgium lib. II. a Cælare quoque trecentos Lubecam missos narrat milites: hoc etiam tempore a Friderico auctam urbein splendido illo, ab ipso ibidem promulgato, privilegio: idque idem esse conjicit, quod Cl. Kirchmannus, proavus meus in Archivo Lubecensi aurca insignitum bulla se vidisse afferit tractatu de Annulis cap. VIII. Conveniunt itaque Lubecæ fæderati isti, & Adolpho Comite in armorum ductorem (ut Krantzius loquitur) assumto, Regem Daniæ expectant.

§ XIII. Collectis V Valdemarus copiis per Jutiam pergebat ad Holsatos, neque tamen aperta dimicatum acie: sed omne tempus agrorum vastatione & depredatione consumtum. Tandem sive provocante Rege sive Lubecensibus ita volentibus, cum moræ impatientes essent, in campo ad pagū Holsatia Bornhöver (olim Sventinefeld) uterque convenit exercitus. V Valdemaro Dismarsi, & Otto Dux Luneburgensis assistebant; Lubecensibus præter Gerhardum Bremensem Archiepiscopum, & Albertum Saxoniæ Ducem, Sverinensis,



Oldenburgicus et Meclenburgensis Comites adhæ-
sere. Quibus omnibus (uti supra dictum) Adolphus
præterat. Per biduum eibi captareq; vie, milites reficieban-
tur, ad usq; XXII. Julii, festum Mariae Magdalena diem,
1227. qvi pugnæ instituendæ consentientibus votiserat desti-
natus. Hoc itaq; lucente, corruunt dato signo milites,
& furibundi arma miscent. Postqvam ad meridiem
usq; ve manus conseruerant, Sol æstivus nimium qvan-
tum oculos infestans Lubecensium, eos referre pedem
compulit. Nec multum absuit, qvin plane solutis or-
dinibus dedissent terga. Verum rem restituit A-
dolphi virtus, revocantis clapsuros, ad fortiter pro
patria pugnandum eos cohortando. Tum redin-
tegrato prælio utrinq; summo furore dimica-
tum est, cœlo, uti ferunt, Lubecensibus singulariter
favente: qvandoq; videm constipata nubes radios sola-
res ab ipsis removendo converterit in Danos, qvi præ
nimio splendore cæcutire cœperint. Vulgaris hic de mi-
rando Mariæ Magdalena patrocinio circumfertur fabula
qvam pluribus recensere mei non est instituti. Cum sic
utraq; acies fortissime congrederetur, pro libertate al-
tera, altera pro imperii augmento, tam atrocem pugnam fu-
isse, Pontanus notat, tantamq; hominum & equorum stra-
gem factam, ut scuta & galeæ crux innatarint. Ditmarsi
claudebant agmen Danici exercitus, & haec tenus qvic-
verant, exspectantes, qvorum inclinatura esset victo-
ria. Qvam cum Lubecenses mansuram cernerent, me-
dia pugna deficiunt a Danis, versoq; Ducis clypeo (de
hoc signo inter partes convenerat) eoruin tergis invo-
lant. Tum Dani utrinq; cincti hostibus, & non vulne-
ribus tantum, sed etiam Solis æstu fracti regredi, vi-
ctoriam Lubecensibus, & libertatem vel inviti concedere
compulsi sunt. Hi prosequti viatoriam, magnam edi-
dere stragem fugientium, ac parum absuit, qvin vel truci-
daretur V Valdemarus, vel caperetur. Altero cincto ocu-
lo privatum satellitis sui eqvo fugam accelerasse, Ponta-
nus auñores. Ericus Olai Historia Svecorum lib. III. fugi-
en-

entem cum milite quodam uni eidemque etquo insedisse, scribit.

§ XIV. Hæc est notabilis illa victoria, quæ uno die Lubecensibus libertatem a tyrannide Danorum, & Urbem Germanicæ reddidit imperio: sub quo in hunc usque diem (saxit Deus sempiternum!) floruit. Reductio in civitatem milite, arcem, qua ejecerunt Danos, destruētam, in cænobium honori D. Mariæ Magdalæ dicatum reformavere, & annua gratiarum actione in ecclesiis repetenda, ut & donativis in pauperes, hunc diem maxime solennem esse voluerunt. Latius agunt de insigni hac Danorum clade & Lubecensium victoria, Savorum Chronicon cap. XXXVI. Albertus Stadensis ad annum cl. CCXXVII. Hermannus Lerb. ke Chronicæ Schovvenburgici pag. XXVIII. Albertus Krantzius Saxonæ lib. VII. cap. XLI. Vandalæ lib. VII. cap. VII. seqq. Hermannus Bonnus Chronicæ urbis Lubeci lib. II. Olaus Erici Historiæ Svecorum Gothorumque a Messenio editæ lib. III. Joh. Isaacius Pontanus Rerum Danicarum lib. VI. Joh. Angelius Verdenhagen de Rebus publicis Hanseaticis part. III. cap. XII. Petrus Lambecius Originum Hamburgensium lib. II.

§ XV. Obsignabimus hanc dissertationem verbis Krantzii c. XXX. capite lib. VII. Vandalæ petitis, ut pote brevi epitoma Lubecæ variam fortunam complexis. Mirum est, intueri, quoties intra centesimum annum (imo sexagesimum) a prima sua fundatione (Lubeca) dominos mutavit. Nam ad annum quadragesimum post mille centum inclovia a Comite, ab illo post incendium transiit ad Henricum Leonem, qui illam per ordinem egregium magnopere auxit: deinde Imperator deditam accepit. Restituta per illum in parte Comiti, & post Leonis redditum, in ipsius redditum potestatem. Inde quoq; Comiti restituta, brevi post concessa in ius Regis Dania. Novissime redit ad Romanum imperium: in qua ditione permanuit in hodiernum diu (ut confidimus) permansura. Et hæc omnia intra passos annos, neccundum centesimo ejus anno evoluto.

FINIS.

D 3

Ad

QK Th
3809

Ad Eruditum Juvenem
JACOBVM MELLENVM,

cum de rebus patriis commentaretur.

Patria Te genuit, Patriæ dum gesta recenses,
Esse doces claræ Te genitum Patriæ.

Scribebat Gotha

A. TRIBBECHOV. D.

MELLENO Juveni optimo Poetæ
Versus pangere pessimus Poeta
Inducens animum lubens volentem
(Quæs doctis studiis bona appreccarer)
Vena destit uor fluente rarum:
Quæ nec Aonidum repleta donis,
Nec de Pegaseo rigata fonte.
Vngues & licet usqve & usqve rodam;
Et votis Clarium Deum fatigem,
Et quicquid Charitum venustiorum
Vires ingenii solet dedisse:
Non adsunt faciles licet vocanti,
Sed frustrant animum jugum abnuentein.
Nam Numen Clarium & novem sorores
Phœbi delicias, chorum venustum
MELLENVM sibi mancipasse, fertur,
MELLENVM Juvenem optimum Poetam,
MELLENVM mihi melle chariorem.

Cl. Dn. MELLENO

*Ob morum suavitatem, vitæ candorem, doctri-
ne præstantiam, bonis omnibus commendatissimo,
michi conjunctissimo l. m. q. gratulor*

C. CORBER.

ERRATA.

CAP. I. §. VI. pro jusjurandi lege jurisjurandi. §. VII. pro
Lubecenibus. I. Lubecenibus. pro extraheretur. I. ex-
traheretur. §. VIII. pro insipnitus. I. insignitus. pro Cycilli
I. Cyrilli. pro runctis. Lcunctis. §. XI. pro hominis fortu-
na se maccerent: I. hominis fortuna alii se maccerent.

• 950 • 950 • 950 • 950

WOM



R.K.
403,
IIa.


LVI

AB

AD

CASPA

JAC



A
ISIS

XII.
XVII.

FARIO

LEN

